



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

V. De annis Urbis conditæ cum Olymp. æra Christi, Periodo Iuliana ritè
co[m]ponendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

13.
H. Philippi

Chronolog
ut Testam

A 1 V

17 a

14

R. P. HENR. PHILIPPI, Q. V.

Introd. Chron. cap. 18. à num. 18. Vide, si placet Petavium hinc de
sputantem lib. 9. cap. 43. & 44. ubi inter cætera bene notat, tres Olympiadas
ab Elidensibus speras quidem fuisse: seriem tamen temporum, non
interruptam aut mutilatam mansisse.

Q V Æ S T I O V.

*De annis Urbis condita, cum Olympiadibus,
Christi, Periodo Juliana rite comp-
nendis.*

1. **N**otitia annorum Urbis non usque adeo necessaria est sacra-
rum interpretibus: quia tamen authores dum Christi Neoteri-
cæ stant annorum Urbis meminisse solent, paucis eos perstringam. Cuius
Onufrium, Gordonum, Petavium videri poterunt.

Iuxta Varronianam supputationem anni Urbis ineunt sub finem
Olymp. 6. ante Christi æram anno 753. Periodi Juliane 3561. supputata
Capitolina anno vno tardius prima Urbis Palatia constituit, comminuta
que praxis annorum Urbis Epocham ad 21. diem Aprilis refert. Varroni-
quitur Baronius, dum Christum natū asserit anno Urbis 751. Leonius
salino Coss. & tomo 2. Annal. ad ann. Dom. 302. affirmat iuxta supputa-
tionem Varronianam annum Urbis 1050. expleri anno Christi 298. nempe
gratis Christianorum. Spondanus, Tornellus ann. m. 4091. num. 17. lib. 9. cap. 30. In eandem sententiam à Bucholcero laudantur, Ciceronem
Tacitus, Dio, Censorinus, quamvis ipse Bucholcerus sequatur compo-
sitionem Capitolinam, quam plerique Neotericorum Cætonianam vocant
impugnat Petavius. Sequor Varronis computum, ita ut annus primus
ineat instante anno 4. Olymp. 6. & sic de cæteris prout sequens tabula
dicit, quæ est similis ei quam voco Identitatis Olympiadum cum annis

*Hic esto tabula concordia annorum Urbis cum Olympiadi-
bus.*

2. Hac ratione anno æræ Christi primo annus Urbis 754. incipit
Proposito igitur cui libet æræ Christi anno adde 753. ut colligas annum
tunc ineuntem. V. G. si anno 2. Christi adinveris 755. aperies annum
755. die 21. Aprilis orientem. Si detur annus Urbis qui lupet 753. incipit
753. ut remaneat annus æræ Christi: sic annum Urbis 757. incipit
anno Domini 24. Si anni Urbis propositi non excefferint 753. subtrahe
754. ut remaneat annus ante Christum V. G. annum Urbis 1. subtrahe
& colliges illum cæpisse anno ante Christum 752. Propositum annum

Christum, modo 753. non superet, tolle de 754. & relinquetur annus Urbis. Ex. ca. ann. ante Christi epocham 44. aufer à 754. & remanebit annus Urbis 710. tunc inceptus. Sed hæc facilius per tabulam connexionis ærarum expediuntur.

3. Ut autem anni Urbis & Periodi Iulianæ legitimo nexu copulentur, anno Urbis cuiuslibet proposito adde 3960. & summa exprimet annum Periodi, quo datus an. Urbis Varronianus inceptit, ut anno Urbis 6. adiunge 3960. prodibit annus Periodi 3966. Si vero detur annus huius Periodi maior quàm 3960. ab illo anno proposito aufer 3960. relinques annum Urbis ineuntem: ut si ab anno Periodi 4266. subduxeris 3960. residuum exhibebit annum Urbis 306.

4. Hunc annorum nexum firmat primo irrefragabilis autoritas Censorini, qui Vlpio & Procuro Coss. numerat annum à prima Olympiade ex æstivis diebus 1014. ex Palilibus vero Urbis 991. Hic erat annus æræ Chr. 238. cui adde 753. qui ante Christum effluxerat, & conflabis annum Urbis 991. Huic tuus appone 3960. & peruenies ad annum Periodi 4951. quo ortus est annus ille Urbis 991. *Secundo* Consulatus Claudij IV. & Vitellij III. quo celebratus est annus Urbis 800. anno Christi 47. adde 753. & habebis prædictum annum Urbis. Ad 800. appone 3960. & proueniet annus Periodi 4760. qui anno Urbis octingentesimo initium dedit. His exemplis inter cætera addit Petavius loco citato.

5. *Tertium*. Solis orbis in Sardinia minui visus est, eo anno quo Cn. Seruilius & Caius Flaminius Idibus Martijs consulatum inierunt, teste Liiuo sub initium lib. 23. Accidit autem Solis iste defectus cyclo Solis 17. Lunæ 12. die 11. Februarij anno Periodi Iulianæ 4497. quo inijt 4. Olympi. 40. Urbis 587. Hunc tolle de 754. remanebit annus 217. ante Christum isto Solis deliquio notatus. *Quartum*. Solem obsecratum refert idem Liiuus L. Cor. Scipione & C. Lælio Coss. ante diem 5. Idus sextil. Deprehenditur autem ista Solis defectio anno Periodi Iulianæ 4524. cyclo Solis 16. Lunæ 2. die 14. Martij: quibus notis afficitur annus ante Christum 190. hunc à 757. subtrahere, & remanebit annus Urbis 564. cui additi 3960. conficiunt prædictum 4524. annum Periodi, ista Solis eclipsi nobilitatum. *Quintum*. Celebris Lunæ defectio ab antiquis signatur pridie nonas Sept. Paulo Emilio, & Licinio Crasso Coss. anno Urbis 586. cuius meminit Liiuus lib. 44. & Plutarchus in Emilio, quæ defectio ad annos Iulianos reuocata, congruit nocti quæ diem Iunij 22. secuta est, anno Periodi Iulianæ 4546. cyclo Solis 10. Lunæ 5. ante Chr. anno 168. hunc à 754. exime, relinquetur prænominatus Urbis annus 586. Cui adde 3960. resultabit annus ille Periodi 4546. Plura ad huius Chronographiæ declarationem habet loco præcitato Petavius, qui idem exemplum bis ponit, ac vnum alterumve

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A 1 V

17 a

errorem in numeris reliquit, non solum ut apparet, sed typographicum
§. Rursus auctore ait annum 2. Olymp. 146. in cursu fuisse, & 3. in
pocham Urbis Varronianam adstruit anno ante Christum 75. in
gendum est Olymp. 147. hic vero anno ante Chr. 753. qui cognominatus
Periodi Iulianæ 3961. ibidem signato.

Q V Æ S T I O VI.

Quomodo cyclus Solis, Lunæ, Epactarum
Urbis conveniat.

1. EX dictis elare colligitur annorum Urbis primordia ex Varronia
tia cyclo Solis 13. Lunæ 9. signanda esse: ac proinde ut habet
Solis, quo quilibet annus Urbis inchoat, anno proposito addenda
cyclo Lunæ inquiratur, ad annum propositum adtinge 8. seruat
ordinaria, de qua iam q. 4. actum est. Alias tabellis sequentibus

Hic est tabella cycli Solis pro annis Urbis inchoantibus.

Et tabella cycli Lunæ pro 115 primis annis.

2. Habito cyclo Lunæ tabella æquationis Epactarum ostendit
literarum æquantium ad miniculo tractatione. Ab initio Urbis
ad annum 128. inclusivè assumenda est litera G. Anno 129. in vicesima
tera H. Anno 442. M. 754. N. 1173. P. 1553. a. 1853. b. 213. c. Post
Calendarij 2335. D. 2453. C. 2651. B. 2953. A.

3. Ut autem ea quæ diximus magis illustrentur iuvabit quæ
nam de annis Urbis, quam tradit Cælius examinare. Hic cap. 17.
tertia ait se de Varronis & alia quam Catonianam vocat (Catonianam
nam) sententia sollicitè cogitasse, ac demum deprehendisse eandem
esse, sed ambas initium Urbis ad annum 24. Olympiadum referre
cap. 21. anno Urbis primo notat cyclum Solis 14. Lunæ 10. idem
contendit primò ex eclipsi Solis, quæ fuit anno V. Claudij Cæsaris
no Cons. 1. die Augusti, cyclo Solis 26. Lunæ 8. cum esset annus Urbis
cundò. Quia Augustus obiit anno Urbis 709. fuisse autem tunc cyclum Solis
næ 15. patet, quia hisce cyclis currentibus, illa ætate acta est Olymp.
Ergo, inquit, annus Urbis 709. eosdem hos cyclos habet, & cap. 21. dicitur
verò 14.

4. Circa quam doctrinam aduerto in primis eam conveni
sentui repugnare, qui Varronis sententiam, ab ea quam vocat Catonianam